



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Capitvlaria Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

41. Precaria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

rum, quorum reliquie ibi conditæ sunt, & inlusiter Deo sacrata illa Abbatisa unâ cum norma plurimarum ancillarum Dei ad laudem Christi canendum custrix præesse videtur, ego in Dei nomine femina aliqua nomine illa dono ad præfatum monasterio à die præfente, donatûmque in perpetuum esse volo, & de jure meo in jure & dominatione ipsius monasterij vel suis rectoribus trado atque transfundo ad possidendum, pro eo quòd in ipso monasterio sub religione & sancta conversatione habitare debeam, hoc est, res meas in pago illo, in loco nuncupante cujus vocabulum est illo & illo, in grafia illa, super fluvium illum, quantumcunque à die præfente in jamdicta loca visa sum tenere vel possidere, quod manente conjugio apud jugale meo illo visa sum acquisisse, vel in mea portione recepi, vel quantumcunque de filio meo nomen illo de luctuosa hereditate mihi obvenit, sicut dixi, quantumcunque in hæc loca à die præfente mea est possessio vel dominatio, totum & ad integrum ad ipso monasterio à die præfente de jure meo in jure ipsius monasterij & suisque rectoribus trado atque transfundo ad possidendum, hoc est, tam terris, mansis, unâ cum superpositis, domibus, ædificiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, cultis & incultis, adjacentisque omnibus, aquis, aquarumve decursibus, unâ cum mancipia tanta his nominibus illa, sicut dixi, inexacta portione mea ad integrum publicè trado atque transfundo ad possidendum, ut quicquid ab hac die ipsa Abbatisa vel rectores ipsius monasteria ad profectum ipsius exinde facere voluerint, liberam & firmissimam in omnibus habeant potestatem faciendi. Si quis verò, quod.

*Precaria ad casa Dei.*

XL I. Domini viri sancti atque ostensione crucis patibulum mirabilis remuneratione fulgente basilicæ, que in honore sancta Maria & sancti Petri & sancti Pauli princeps Apostolorum, Gaico monasterio constructo in pago Wastinense, & inlusitri Abbatisa illa inibi constis præesse videtur, unâ cum norma plurima ancillarum Dei ibidem consistentium, ego illa femina. Dum non habetur incognitum, sed à pluris est manifestum, quòd ego res proprietatis meæ in loco qui dicitur illo per epistolam donationis ad ipso monasterio vestro delegavi, propterea expectivi à vobis, & petitione mea non denegasti, ut

ipsas res, quandiu advivo, sub uso beneficio vestro tenere & usare debeam, & aliubi ipsas res alienare pontificium non habeam, & post meum quoque discessum, cum re immeliorata ad ipso monasterio absque ulla expectata traditione vos vel rectores ipsius monasterij in eorum faciant revocare potestatem & dominationem, & vos reverentia discorditis ut in postmodum mea possessio aliqua præjudicio ex hoc generare non debeant. Propterea hanc precariam in vos vel in ipso monasterio vestro emittendo decrevi, ut neque ego neque ullus de heredibus meis, quamvis per longinqua spatia ipsas res ad usandum habeo, agere nec repetere non debeamus. Quod qui fecerit, inferat vobis vel partibus ipsius monasterij suisque rectoribus auri libra una, argento pondo duo, & præfens precaria firma permaneat, & ut alias precarias de quinquennium in quinquennium renovantur, ista verò non sit necesse renovandi, sed per semetipsam omnique tempore obtineat firmitatem, cum stipulatione subnixæ. Actum illo.

*Precaria.*

XLII. Dulcissima femina illa, ego illa Abbatisa. Dum non est incognitum qualiter tu ante hos dies rem proprietatis tuæ in pago illo, in loco qui dicitur ille, ad monasterio sancta Mariae adfirmasti, unde precaria nobis vel ab ipso monasterio adpetisti, propterea has litteras in te adfirmavimus, ut dum advivis, usualiter ipsam rem tenere & dominare debeas, & aliubi ipsas alienare pontificium non habeas. Et si hoc conaveris facere, ipsam rem à die præfente perdas. Et ut has litteras vires firmiores obtineas, manu nostra subter adfirmavimus, cum stipulatione subnixæ. Actum illo.

*Traditio de terra.*

XLIII. Notitia qualiter & quibus presentibus veniens homo aliquis advocatus sancto illo de monasterio illo ad res illas, in pago illo, in loco cujus vocabulum est ille, quas ante hos dies femina aliqua nomine illa per suo instrumento ad ipso monasterio visa fuit delegasse cum omni integritate, sicut in ipsa donatione constat, quod portio sua est ad integrum à die præfente Missus ipsius feminae ille ipsius Misso monasterij nomine illo per ipso ostio de ipsa casa per . . . herbam & cespitem, sicut lex est, ipsius Misso ad partem sancto illo vel ipso . . . . . visus est tradidisse, & per sua fistuca ipso Misso vel ipsa femina